

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Novembribus M DCCCCV.

Num. XI.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM
Rakcwskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

IV Nonas Novembres.

Mortuorum cultus.

De profundis . . .

De Anglico cum Iaponiis foedere innovato.

De pravorum librorum lectione ab adolescentibus arcenda.

Diuturnior ne vita nunc homini?

Selecta e bibliothecis ac tabulariis. — Francisci Petrarchae epistola ad Ioannem Boccacium de S. Augustini commentariis in psalmos.

Fabulae selectae Fontanii a Io. Bapt. Giraud latine redditae, passim retractatae a Fr. Xav. Reuss: CLI. Felis et duo Passeres. - CLII. Vulpes, Muscae et Echinus. - CLIII. Vulpes, Lupus et Equus. - CLIV. Stultus et Sapiens.

Colloquia latina. - Ludus turbinis.

De Sacra Congregatione negotiis ecclesiasticis extraordinariis praeposita.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Acta pontificia. - SS. D. N. Pii PP. X Litterae ad Praesidem Conventus Catholiconum Germaniae quinquagesimi secundi.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones.

Annales: Pacis triumphi. - Societas inter Anglos et Iaponios renovata. - Balkanicae res. - Hungariae discrimen. - Norvegorum regnum a Suetia divisum. - Hora postrema.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Ioci.

In tertia operculi pagina:

Per Orbem. — Libri recens dono accepti. — Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCCV

Sociis et lectoribus

Commentarii nostri humanissimis.

Novo superveniente anno, quem VIII Vox Urbis inscribere gloriatur, non quidem, ut plerumque assolet, nova et magnifica promitteremus; non enim sociis et lectoribus, qui constanter in itinere, neque eodem brevi atque expedito, nos comitati sunt, magniloquis verbis temerariisque promissionibus illudere opus est nobis, sed tantum ea adnotare quae in eorum veram utilitatem adducere constituimus.

Vox Urbis itaque in annum M DCCCCV ea erit, quam socii voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno invenient, atque simul nuncii, significaciones, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum opus reddant nostrum.*

Sed aliud quoque expediemus, quod non paucorum sociorum desiderium explebit; articulos scilicet in quibus, quasi in parva tabula, simplici eoque facili stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitiae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prouti dicunt, reducatur, non modo obliviscemur, imo etiam proprius prospiciemus.

Maiora vero comparavit administrator; qui non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4, 80; ubique extra Italiam lib. 6, 25 (doll. 1, 25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6, 25); sed ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis rationes vere favorabiles cavit, quae sequuntur:

Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit; eoque bono gauderi poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alios duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante misso sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos

subnotatores de favore ipsi concesso aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione decurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

Quid plura?... Plura tamen administrator concedere sociis voluit, eaque paene incredibilia; id enim effecit, ut *VOX URBIS* socii e loco domicilii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possent. Id iis paratum est — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. M DCCCCV sexaginta novas subnotationes collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum [notissimae Cook et Son munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commercium cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impendio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

Sunt tamen qui eiusmodi curas negligent: num his praemium nullum erit? Atqui erit sociis omnibus, qui ante expletum Februarium mensem an. M DCCCCV debitum solverint suum; idque, more nostro, pulcherrimum: **imago heliotypice expressa metr. 0,32 × 0,45 Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem.** — Quod si denique socius tabulam illam maluerit metr. 0,22 × 0,45 iam in nostrum commodum unice superiore anno desumptam, ac Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. M DCCCXLVI peractam, quum exemplaria nonnulla apud nos sint adhuc, eam requirat, nosque, donec possibile erit, ei morem geremus.

Restat nunc ut sollicitudini nostraee sociorum favor in dies crescens respondeat.

Vox Urbis.

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Novembribus M DCCCCV.

Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

IV NONAS NOVEMBRES.



MORTUORUM CULTUS.

MORTUORUM cultus, populis omnibus communis, veluti primigeniae religionis memoria procuddubio habendus est: porro, si etiam, qui religionem quamlibet e mundo tolli posse autumant, in id consentiunt, mortuorum cultum ultimum evasurum. Quid? Nonne dies ad defunctos quotannis commemorandos constituta, hoc aperi- tissime probat? Nulla enim fortasse solemnia inveniuntur, quae in universorum animo valeant ita, ut desiderium antiquum monachi illius, qui abhinc saecula decem in cubiculo suo super christianorum spirituali commercio meditabatur, subigat adhuc, aliquot horas saltem, hominum proterviam eosque exagitatos ac meditabundos impellat ut genua humi flectant.



Festum enim, quod IV Non. Novembr. celebratur. Odilo, Ord. S. Benedicti abbas, eo consilio an. DCCCCXCVIII suasit, ut populum Christianum omnem defunctorum commemorationi sociaret, quasi omnium sanctorum commemorationis aequum complementum; par enim erat ut post triumphantis Ecclesiae viros, mens ad eos moveretur, qui in purgationis loco caelum exspectant.

Attamen iam pridem dies erant ad exorandum pro defunctis consecratae; aut saltem communes passim supplicationes indictae ad quietem mortuis impetrandam; iis praesertim, qui nulla memoria decessissent; ita docuit Augustinus, vita functis sine liberis aut parentibus succurrunt Ecclesiae preces, quae sic eorum sollicita mater se praebet.



Heic autem magis magisque Ecclesiasticae consociationis spiritus apparet: cultus enim mortuorum, in liturgicis formis suavis, in rituum maiestate gravis pariter ac moestitia refertus a mysterio de Sanctorum Communione recto consequitur: caritas

DE PROFUNDIS...⁽¹⁾

*E barathri fundo implevi clamoribus auras;
Te, Deus, auxilio, te, Deus, usque vocans.
Exorare: meae te voci paebeat auris
Intentum: ne sint irrita vota, precor.
Summe potens rerum, si quae delinquimus acer
Inspicias; quis te sustinuisse queat?
At tu placari facilis facilisque rogari
Erigis immeritum, spemque fovere iubes.
Ergo et lege tua et verbo confidere iussus
Erigor, atque in te spe meliore feror.
Discipit impatiens longae custodia noctis
Mane novum: speret sic genus Isacidum.
Nam penes est Dominum miserans clementia, quique
Quodque malum redimant, copia multa, modi.
Quidquid et Isacides peccarint, ipse piabit:
Et scelerum maculas eluet ipse Deus.*

Josephus Bonavenia S. I.

(1) Ps. CXXIX paraphrasis versibus elegiacis.

enim Caeli felices incolas, miseras animas in Purgatorio culpas suas piantes, Christi servos qui in terris pugnant inter sese amoris vinculo coniungit, ita ut supplicationes nostrae, dolores quos patimur, sacrificia quae aggredimur, bona quae operamur eam habent virtutem, quam Deus proximi, fortasse a nobis ignorati, in salutem convertat. Rubens, clarissimus ille pictor, hos sensus celeberrima in tabula expressit. Sunt animae divinae gloriae impatientes; haec, spei plena, auxilio custodis angeli sese commendat; ceterae vel sollicitatione opprimuntur, vel aegre in luctu moram consumant: stat apud Iesum plorans Thelesia Virgo. Sunt igitur animae eorum iudice summo quasi precibus Vir-

ginis circumvoltae; Virginis illius, dico, quae ad Carmelum sorores vocabat ut precibus suis clientelam sibi constituerent dolentium animarum, quarum a purgatoriis vinculis liberatio, ab iis incepta, a Deo tandem perficeretur.



Congregemus hodie etiam nos ut, spiritum hunc Ecclesiae sublimem sequentes, preces Deo pro fratribus vita functis fundamus; mortuorum enim festum origine sacrum est, atque omnium animorum unionem apud Deum revocat.

DE ANGLICO

WOLPHANGUS Valmy urb primaque audiis quae ad viginti ineruentorum, ea tim qua virtute e publicae milites quae Europae certaturi, illud emonitum edidit: historiae aetas il-

At haec, quam philosophiam, sive mandorum artem, xime floruit. Quam primam humanorum perscrutantur eas diligenter in rerum publicarum pendant.

Nos autem, ab Italorumque renoplicis Germanici Mauritanis rebus Anglorumque con terris maximu superbia et armarium inter fortissim Germanorum econtra mare assequendariorum Anglorum repente in Anglia immutatos.

Notum est omnibus Russorum clares immutasse fundi in Siberiam repulsi, et a finibus abacti, et a finibus moti; quibus de c illud foedus Russi beretur. Galli enim posse Russicis con accidunt atque in Haec vero dum Ia graviores pacis consentire videtur quos dormitare habiles omnium foedusque ineunt, num admittur, G infirmatur, unaquam timae Asiae ipsi

Hicce consiliis gerunt in orbe, a tur. Duobus enim omnia bella, sive

DE ANGLICO CUM IAPONIIS FOEDERE
INNOVATO.

WOLPHANGUS GOETHIUS, quum pugnae ad Valmy urbem adversus Gallos adesset, primaque audiisset bellica tormenta incendi, quae ad viginti millia ictuum, etsi plerumque ineruentorum, ea pugna evomuerunt, ratus statim qua virtute et qua constantia Gallicae reipublicae milites strenuissimos adversus reliquae Europae exercitus ea ex die essent de certaturi, illud ex inopina eorum obsistentia monitum edidit: « Hac luce, hacque hora nova historiae aetas illucescit ».

At haec, quam voeamus humanae historiae philosophiam, sive humanorum gestorum aestimandorum artem, ea ex aetate perquam maxime floruit. Quamquam permulti adhuc praeter primam humanorum eventuum speciem haud perseruantur causas, multi quoque sunt, qui eas diligenter investigent, perquirant rationes rerum publicarum, earumque pondus optime pendent.

Nos autem, abhinc annos duos, Gallorum Italorumque renovatam vidimus amicitiam, triclicis Germanici foederis relaxata vineula, de Mauritanis rebus collata Iberorum, Gallorum Anglorumque consilia, bellum in ultimis Orientis terris maximum, ex quo disrupta Russorum superbia et arma sunt, Iaponiorumque imperium inter fortissimas orbis gentes adscriptum, Germanorum conatus ad ditionem in internum mare assequendam, renovatum denique Iaponiorum Anglorumque foedus, Gallorum animos repente in Angliam a saeculis odio habitam immutatos.

Notum est omnibus iam atque animadversum satis, Russorum clades ultimi Orientis publicas res immutasse funditusque evertisse. Nam Russi in Siberiam repulsi sunt, a Thibetanis montibus abacti, et a finibus Anglii imperii in Asia remoti; quibus de causis factum est ut duplex illud foedus Russorum Gallorumque cito dilaberetur. Galli enim quum viderunt haud iam se posse Russicis confidere auxiliis, Anglis repente accedunt atque inire cum ipsis foedus cupiunt. Haec vero dum Iaponia, demirantibus omnibus, graviores pacis condiciones remittit, atque victis consentire videtur mitissime. Itaque tunc Angli, quos dormitare hactenus ereditimus, rerum publicarum omnium ex abrupto domini apparent, foedusque ineunt, quo Russis omnis spes ultimum adimitur, Gallis foederata gens omnino confirmatur, unaque cum Iaponiis dominium ultimae Asiae ipsi omne retinet.

Hisce consiliis gentes fortissimae sua negotia gerunt in orbe, atque constanti animo tutantur. Duobus enim iam a saeculis Anglici gens omnia bella, sive ipsa pugnavit sive ab armis

abstinuit, ipsa vicit. Lusitanorum imperium quum cecidisset, terras a Vasco de Gama et Alfonso Albuquerensi occupatas ipsi accepérunt. Iberiae gentis collapsa fortuna Americana litora pleraque ipsis tradidit. Gallorum regnum post Ludovicum XIV male gestum, atque Napoleonis magni oceasus optimas Gallorum colonias illis Aegyptum ac Melitam insulam remiserunt. Recentiori aetate, viribus multa parsimonia et cautela Italicae motibus additis, nostrorum consensu Internum mare Anglie veluti mare factum est. Ponticum bellum, una cum Gallis atque Italicae devictum, fusis Russorum armis, Indicum imperium confirmavit; bellum a Turcis in Russos gestum Citheram insulam illis tradidit Aegyptiumque dominium; postremo bellum Iaponicum nunc exactum. Anglorum ad multos annos ita in ultimo Oriente perfecit opes, ut nullius iam contra sua dominia timeat Anglia oceurus, Russis amicam ac tutricem fecerit, iamque et in Europa eius vim atque auctoritatem augeat, dum eam Gallicae genti consociat, quae et vi et armis inter primas locum obtinet.



Interea novum cum Iaponicis foedus iam initum, quo hinc et inde foederata gens sponsionem commutat de tuendis vi et armis alterius commodis et litoribus, auxiliumque mutuum despondent, atque vadimonium invicem de suis terris defendendis praestant, mysterium pandit novissimae pacis et aperit.

Iamque novimus tandem quibus de causis post tantam victoriam Iaponici legati tam miti animo pacem acceptilaverint, et qui factum sit ut bellicum gravissimum tributum, quod Russos solvere oportuerat, victis remiserint, quique pactionem de coereenda in ultimo Oriente Russorum classi dereliquerint. Nam Britannicum foedus, quod renovandum statuerant, occupata recens litora Iaponis protuetur, atque sua per maria dominium immune ei defendit et a Russicis armis securum.



Hac de causa sapiens fuit consilium Iaponiorum, etsi infirmum apparuit, atque optimo iure Tokio in urbe eorum capite feriae celebrantur. Nam Angli tuto animo de Indico imperio exhine erunt; quod si Russi aggressuri fuerint, Iaponum exercitum contra habebunt. Russos vero, quod Anglis intercedentibus optimam pacem habuerint, grati animi ergo Anglia suos fecit, atque iam mutuato aere sibi devinct.

Novissimorum eventuum haec sunt documenta.

Bonus animus in re mala, dimidium est mali.

PLAUT.

Ad opem brevis hora ferenda est.

OVID.

DE PRAVORUM LIBRORUM LECTIONE

AB ADOLESCENTIBUS ARCEENDA⁽¹⁾.

II.

CONTRA, sunt graviora. Adolescens, qui nec a limine theologica studia salutavit, qui que puriores ecclesiasticae historiae fontes nec e nomine novit, quoniam auctore, quo duec disset, si quid vitii romanis pontificibus inhaeserit, id a vicaria Christi potestate secernere? Quid capiet consilii, quum in illud ecclesiasticae historiae tenebriosum tempus inciderit, quo tempore, — verbis utar Baronii, — Deus ostendit, ne vitii quidem pontificum posse apostolicae sedis culmen labefactari: quum relatum legerit, Stephanum sextum (Baronius hunc appellat septimum) rerum per fraudem potum impios praesules in consilium adhibuisse, et Formosum pontifice vita pridem functum in iudicium vocasse; eundemque cunctis suffragiis damnatum, pontificis insignibus exutum, tribusque abstractis digitis in Tiberim datum fuisse praecepit: quum Sergii III, Ioannis X, Ioannis XI, Ioannis XII res gestas, et calamitates, Theodorae et Marotiae astu in romanam urbem inventas noverit, et Ioannem XIV in custodiam datum, ibique Bonifacii VII iussu fame enectum? Ancipites vel ipsi historici haerent, seque liti dirimendae impares monumentorum inopia fatentur, iurene an iniuria fuerit quis ad sacrae dignitatis fastigium elevatus, eiusque nomen pontificum albo accensendum sit, an ab eo expungendum. Quibus nixus argumentis adolescens fidem historicu in romanos pontifices furenti detrahet, secumque statuet Bonifacium VIII, Alexandrum VI, Leonem X non adeo gravioribus morum maculis turpatos, quas quidam comminiscuntur? Quoniam auctore disset, risu excipiendum esse ex. gr. Aloisii de Barral argumentum, qui ut evincat romanum pontificem posse a fide deficere, in medium affert Petri lapsus, quasi vero Petrus in atrio principis sacerdotum ancillae respondens rem ex cathedra, in qua nondum considerat, dogmatice sanxit? Quibus eruditiois praesidiis fidem abiiciet historicis de Liberii lapsu sibi gratulantibus; quum iuxta religiosiores criticos omni destituantur auctoritate illa fragmenta, quae perperam Hilarii nomen praferunt, quibus evincere conantur Liberium sui nominis auctoritate Sirmensem haereticorum formulam confirmasse? aut Vigilium in diurna trium capitulorum quaestione nutantem ab omni haereseo nota remotum ducet? aut denique integrum fidei decus vindicabit Honorio, seu quum epistolas ad Sergium constantinopolitanum patriarcham datas obiiciunt, quibus silentii catholicis indicendi consilium probat, seu quum Sophronii Hierosolymorum patriarchae epistolam ab eo damnatam criminantur, et ad Monothelitarum sententiam nullatenus Honorium accessisse censebit? Fides nutet, imo ruat necesse est, si quovis absque delectu libros adolescentibus criminationibus diluendis impar evolverit.

Quid enim adeo sacrum, quid in maiori apud patres, et seros nepotes religione, cui impiorum

(1) Cfr. num. VIII.

stilus pepereit? Libri Moysis in falsi suspicionem vocantur; orbis e nihilo eductio physieis disquisitionibus adversans traducitur; illud et addunt, longe ante Adam et reges, et populos, et artes floruisse; quod commentum ratione annorum a Diodoro sienlo, et Herodoto inita, et zodiacis Tentyris, et Latopoli repertis confirmare adlaborant. Quid plura? Sacer ille evangeliorum codex, quem veluti e caelo delapsum suspicere, et vitae ipsius discrimine tueri debemus, quos et quam absonos in sensu detorquetur! Paucis vos volo. Quum tristi ob sessum daemone Christus Dominus curavit, suoque nutu gregem suillum infera legio invasit: quid, inquit, daemon, quid daemonum legio? Nugae. Phantasiae aestu misellus ille abreptus sibi legionem daemonum capite cohære videbatur. Christus Iesus ut sciens, prudensque medens curationem aegro peraptam adhibet: mentis ille malesanus petit, ut legio, quam suo in pectore residere autumabat, erumpat, inque suas irruat: annuit Christus, tum ille clamore, et gestu gregem territat, suas fugitant, quumque stagnis, limoque oblectentur praesertim in aestuantis Palaestinae regionibus, hinc ulti in undas ruerunt, in quibus suo lubitu voluntati, sospites, aestuque temperato alacriores emersere. Ad haec, Matthei capite septimo supra decimum versu sexto et vicesimo Christus ait Petro: « Vade ad mare et mitte hamum, et eum piseem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore eius invenies staterem; illum sume, da eis pro me et te ». Huic sententiae, aiunt, subest ellipsis verbi, nimirum vende, ita ut idem sonet, ac vende piseem; et invenies pretium, quod pro utroque nostrum veetigal pensites. Praeterea ubi Petrus studio accedendi ad Christum Dominum e navicula in undas prosiliit, easque siccis vestigiis presit, ibi etiam, addunt, latet ellipsis in littore ita, ut vera sententia sit, Petrum gressum fixisse in littore prope undas. Nonne haec praepostera interpretandi ratio, quae omnem miraculis fidem resignat, legentes in triste exi tium abducet?

Missos heic facio nec leves, nec paucos errores, quibus recentium quorundam philosophorum ratio seatet, cui qui pareat, vel de suam existentia eidem dubitatio cooriatur necesse est. Praetermitto eorum somnia, qui ad subiectivam entitatem obiectivas omnes notiones revocarunt: id unum ad rem evinceendam sufficiat, quod a virtute praemium, a vitiis poena, a natura honestas, a cupiditate frenum ablegetur, et animae nobiliores actus cum nervorum immutatione, ordo physicus cum morali, Deus cum natura praepostere immisceatur. Itaque iure hoc mihi video esse dicturus, nisi a inventibus legendi libido salubri disciplina cohebeat, de eorum moribus, deque religionis incolumente esse conelamatum.

A. ANGELINI.

Nihil aliud praecipere debemus, nisi quod prius nobis imperaverimus.

VAL. MAX.

Aliena vita quisque reprehendi maruit, quam sua.

QUINT.

Diuturnior ne vita nunc homini?

LEGIMUS de diebus nostris prolatum iudicium duplex, immo biceps: alterum autem blandiens nimium saeculo, alterum acerbius fortasse. Neutri assentimur; iura enim hinc et inde sunt:

Nec nostrum est, (lector), tantas componere lites.

Quid, vero, si non iura pensabimus, sed ea in quibus hi et illi peccant notabimus? Fortassis, more usi Soeratico, ad vera sternemus iter et recta, quibus constitutis (anguramur quidem!), quisque diuturniorem sibi vitam poterit comparare.

Insunt naseentibus semina mortis; quotquot enim de mortuis vescimur, totidem eborum indutimus naturam. Inde illud Senecae: « Innumerabiles esse morbos miraris? coquos enumeras » et

Debemur morti nos, nostraque;

*Pallida mors aequo pulsat pede
Pauperum tabernas, regumque turres.*

Non igitur de sempiterno vitae cursu; sed agitur de longaevitate tantummodo provectione; non ultra.

Hi diuturnius antea homines vixisse asserunt; illi nunc minime diuturnius homines vivere contendunt. Praferam sententiam, cui nemo inficiabitur. « Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus – (fortioribus scilicet, Hebraea phrasu; nostra vero: in robustioribus) – octoginta; et amplius eorum labor et dolor » (1).

Compertum itaque est, senectutem validam obiter ad septuagesimum vitae annum olim productam; in robustis vero et fortibus ad octogenesimum annum; post hosce senium, quotidiani dolores, quotidiani morbi, quotidiana pars mortis. Haec Davidico tempore, sed iam aliquot ante saecula Moyses gementis verba Job referebat: « Breves dies hominis sunt; numerus mensium eius apud te, (Dens), est; constitutissimos eius, qui preteriri non poterunt ». Senium, de quo David ait, apud Romanos quodammodo constitutur in lege, qua « depontani » vocabantur sexagenarii senes, quia suffragio, quod de ponte ferri solebat, privabantur. Autore Festo utor. Haec autem senectus a senario illo numero nuncupata fertur; quae et apud Terentium in *Phormione* dicitur « senectus ipsa morbus » et a Cicerone in *Topic.*: « Senectus est occasus vitae ». Sed fure apud veteres mirae senectutis exempla feliciter saeculum praetererunt. Nos autem hic non singularia quaerimus, sed quae sint omnibus ferme communia.

At in his perserutandis plura sunt habenda prae oculis. Et prae ceteris regio; vita humana enim brevir in regionibus, quae sunt tepidiore sub caelo, tropicalibus ardoribus solis obnoxiae; diuturnior in iis quae magis frigori patent, non aentissimo tamen. Omnia autem, quae germinantis vitae conditionem afficiunt in homine, aestuanti oboediunt aeri; atque ita in calidis locis maturior pubertas, maturior senectus, et maturior mors, si cum paribus, quot ad Borrean sunt, comparentur. Altera quoque maioris vel minoris longevitatis causa in cultu, in eibis, in laboribus, in sollicitudinibus, in ae-

rumnis reponenda est. Hac de causa qui se Monachismo addixerunt olim eremosque incollerunt, ab omni consuetudine humanae societatis remoti, pastores qui nihil cum civilibus motibus, nihil civilibus cum partibus habuere commune, semper diutissime vixerunt, quinimo et vivunt; magna enim vitae lima ac tinea sollicitudo, moestitia, tristitia est. Cultus ipse vestium et ornamenta nonnulla praferunt angustiora, quae stomacho, quae pectori, quae visceribus obsunt, quae cerebro odoribus, euti cerussis ac stibi nocent.

Quot vero incommoda, tot morborum causae, tot gressus in mortem. Ebrietas autem, essentiae veneficarum plantarum conditae, admixtae liquoribus, liquamina, quibus cibi inficiuntur ut palatum irritent, et gulam, pro fame, provocent, ventrem onerent, habenda sunt quasi totidem vitae falces; « plures enim occidit gula quam gladius ». Eequid autem dicemus vel de cibo semper eodem, quo viscera ad certos disponuntur morbos ante diem, vel de vino medicato, compositeque chimice, ut aiunt, non uavrum filio, sed pharmaceopole?... Quid de pane, cui frumentum pars est, non integrum? Quid de piscibus venefica aqua infectis ut a venditore serventur? Quid de ipso vino ab uvis expresso euprio et sulphure respersis, unde ventriculo tornina, vescicæ phlogosis, sexcentaque mala? Quibus omnibus cumulatis, superaddite herbarum morbos, qui perniciem perferant necesse est. Praeterea maciem in pueris, in adolescentibus ex virtute sanguinis, et ea quae a dissoluta vita pariuntur...

Igitur haec mihi aperta et verax et omni penitus libera praeiudicio videtur esse sententia, pronti subiicie iudico. Perspectis undique subsidiis, quibus et medica et chirurgica disciplina morbis medetur quamplurimis, vita singulorum producitur ultra hos morbos, victisque his revirescit; sed ipsa, ut ait Ennius, « vita vitalis », vis naturae in vita, vis sanguinis « in quo est anima hominis », debilior est, atque hinc in dies languidior, corpora ipsa breviora priscis, ossa exiguiora ossibus proavorum, ac de nostra aetate saepe illud reddit, quod Maro praeviderat:

Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.

Cor nostrum, cuius motu vita cietur, aut saltum ostenditur atque perdurat, sexcentis aetate nostra patet malis, sexcentis turbatur incommodis, sexcentis afficitur detrimentis, quae antea non fuisse videntur. Propterea patet quod dum plures hodie convalescent a morbis, quibus antea mori necesse erat, vitae summa singulis brevior est, quia corpus languidius, minoresque sunt et exiguiores in sanguine vires. Itaque vitae exterminium nunc inter sexagesimum et septuagesimum annum, quod olim inter septuagesimum et octogenesimum erat. Senes nunc inter hos deceem annos, quasi « rari nantes in gurgite vasto » versantur. Vix in millibus reperies nonagenarium; saecularem vero... Rara avis huiusmodi in integra civitate vix reperitur; in quem si mors incurrit, publicis diariis annuntiatur.

At numquid, o lector, de diuturniore vita nos desperabimus? Res in manibus praecipue nostris est; et integrum dat Clementis cripto-

gramma senis, qu volumum voluit su

Tres **I** improba

Tribus **P** proces

Tribus **D** deditu

Tres **P** pavi: **F**

Tres **E** effugi: **F**

Tribus **V** nocui: **F**

Tres **A** audiri: **A**

Sic saeculum ser

Celatum cognome

SELECTA E BIBLIO

Francisci Petrarchae ep

de S. Augustini c

INTER Petrarchae e ratu ea digna est, in gratiarum actionem taria in psalmos duo hi viri celeberr esset antiquos codic etorum studia in id e rarum veterum ab om possesso thesauri i Boccacii industria ratione felicem adm quum autem aliqua continens S. Augustini detexisset, continuo il amio carissimo, qu nere accepto Petrarc quae, parum notae, tium est:

« Beasti me munere Davidicum pelagus s scopulos, neque verb etarum sententiarum lebam ipsis meis viri brachia altius iacta subnixus per obstante borare, ita quidem incipiens exclamare (MATTH., XIV, 30) et supplicibus porrigit adest puppim tu murum industrium degustum, euins opus tres in partes, apud visum multis et manetur, totum uno vol

(1) Hoc opus « immensus prehensum non amplius as volumina divisum in bibli Nationali nunquamata, quod vera in prima pagina vacatur: « Hoc immensus op minus Iohannes Boccacio d quod de Florentia Mediola lis 10... Huius porro inscriptum manifestum est. Id intelligi hec exarat, in qua opus immensus, Boccaci benef stola scripta fuit V. Id. M an. MCCCCLV commorabatur Praesens operis divisio in παγκράτιον praedicta volumen Petrarchae καὶ παγκράτιον, in servatum.

Hac de causa qui se
; olim eremosque inco-
; tutine humanae socie-
; ni nihil cum civilibus
; cum partibus habuere
; sime vixerunt, quinimo
; vitae lima ac tinea sol-
; tia est. Cultus ipse ve-
; nulla praefuerunt angu-
; lae pectori, quae visce-
; ro odoribus, cuti cerussis

tot morborum causae,
; Ebrietas autem, essen-
; tum conditae, admixtae
; uibus cibi inficiuntur
; gulam, pro fame, pro-
; , habenda sunt quasi
; ures enim oecidit gula
; autem dicemus vel de
; viscera ad certos dis-
; liem, vel de vino me-
; nite, ut aiunt, non uva-
; olae?... Quid de pane,
; non integrum? Quid
; a infectis ut a venditore
; vino ab uvis expresso
; persis, unde ventriculo
; sis, sexcentaque mala?
; tis, superaddite herba-
; em perferant necesse
; in pueris, in adolescen-
; s, et ea quae a disso-

ta et verax et omni-
; o videtur esse senten-
; co. Perspectis undique
; ea et chirurgica disci-
; plamplurimis, vita sin-
; hos morbos, vietisque
; ut ait Ennius, « vita
; ita, vis sanguinis » in
; debilior est, atque
; corpora ipsa breviora
; sibus proavorum, ac
; lud rexit, quod Maro

itur ossa sepulchris.

u vita cietur, aut sal-
; urat, sexcentis aetate
; is turbatur incommo-
; rimentis, quae antea
; area patet quod dum
; a morbis, quibus
; itiae summa singulis
; anguidius, minores-
; sanguine vires. Ita-
; e inter sexagesimum
; quod olim inter se-
; m erat. Senes nunc
; asi « rari nantes in
; ix in millibus repe-
; arem vero... Rara
; civitate vix reperi-
; erit, publicis diariis

e diurniore vita
; manibus praecipue
; t Clementis cripto-

gramma senis, qui nomen suum aerostichi ob-
; volutum voluit suo sepulchro sic insculptum:

*Tres I improbari: Insidias, impietatem, in-
; iuriam.*

Tribus P processi: Parce, pudice, pie.

Tribus D deditus: Deo, domui, domino.

Tres P pavi: Parentes, prolem, proximos.

Tres E effugi: Ebrios, epulones, effrenos.

Tribus N nocui: Nemini, nusquam, nunquam.

Tres A audivi: Amicos, accolas, adhortatores.

Sic saeculum senior sanus superavi.

Celatum cognomen conditi cognosce.

H. P.

SELECTA E BIBLIOTHECIS AC TABULARIIS

Francisci Petrarchae epistola ad Ioannem Boccacium
de S. Augustini commentariis in psalmos.

INTER Petrarchae epistolas superstites memo-
ratu ea digna est, quam ad Boccacium misit
in gratiarum actionem ob S. Augustini com-
mentaria in psalmos dono accepta. Ea aetate
duo hi viri celeberrimi vivebant, qua religio
esset antiquos codices ad lucem revocare; do-
ctorum studia in id coirent, ut monumenta litterarum
veterum ab omnibus noscerentur: horum
possessio thesauri instar haberetur. Ioannis
Boccacii industria in veterum codicum explo-
ratione felicem admodum fuisse satis constat;
quum autem aliquando volumen praegrande
continens S. Augustini in psalmos commentaria
detexisset, continuo illud dono misit Petrarchae
amico carissimo, quod avere sciebat. Pro mu-
nere accepto Petrarcha his litteris respondit,
quae, parum notae, ut vulgentur operae pre-
tium est:

« Beasti me munere magnifico et insigni. Iam
Davidicum pelagus securior navigabo: vitabo
scopulos, neque verborum fluctibus, neque fra-
ctarum sententiarum collisione movebor. — So-
lebam ipsis meis viribus in altum niti; et nunc
brachia altius iactando, nunc assere fortuito
subinxus per obstantes fluctus fesso ingenio la-
borare, ita quidem ut saepe cum Petro mergi
incipiens exclamarem: Domine salvum me fac
(MATTH., XIV, 30) et saepe cum Christo manum
suplicibus porrigit consurgerem. Hos inter
aestus puppim tu mihi praevalidam et nau-
lern industrium destinasti: divini ingenii Au-
gustinum, cuius opus immensum, quod vulgo
tres in partes, apud quosdam plurifariam di-
visum multis et magnis voluminibus conti-
netur, totum uno volumine comprehensum (1)

(1) Hoc opus « immensum », totum uno volumine compre-
hensum non amplius asservatur; asservatur vero in duo
volumina divisum in bibliotheca Parisiensi, olim Regia, nunc
Nationali nuncupata, quod idem prorsus est exemplar. Re-
vera in prima pagina vacua primi volumini Parisiensis legi-
gitur: « Hoc immensum opus donavit mihi vir egregius do-
minus Iohannes Boccacio de Certaldo, poeta nostri temporis,
quod de Florentia Mediolanum ad me pervenit. 1855. Aprilis 10. ». Huius porro inscriptionis auctorem Petrarcham esse
manifestum est. Id intelligitur sine dubio ex eius epistola
heic exarata, in qua opus S. Augustini in Psalms dicitur
immensum, Boccaci beneficio sibi transmissionis: quae episo-
sta scripta fuit V. Id. Mai. Mediolani, ubi Petrarcha eo
an. MCCCCLV commorabatur hospes Vicecomitum dynastarum.
Praesens operis divisio in duo volumina nihil obstat quin
ἐπιγραφὴ praedicta voluminis prioris dicatur et sit verum
Petrarchae οὐτέ γραφού, in bibliotheca nationali Parisiensi
servatum.

FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (1)

CLI. — FELIS ET DUO PASSERES.

*Feliculae convictor erat passerulus; ambos
Una domus nasci viderat atque dies.
Unguibus a teneris geminos commune cubile
Excepit socios, nidus et attiguos.
Felem saepe procax ad pugnam provocat ales;
Dimicat hic rostro, lusitatis illa pede.
Lusitatis, improbum sic plectere visa sodalem,
Itetus ut tantum det studiosas leves.
Argueret se perfidae, si promeret unguis,
Quos villosa tegit dextera, vulnericos.
Non ita cautus erat rostratus; morsibus ille
Felinum crebris osque latuque petit.
At quia eis unquam succenserat amicus amico,
Morderi feles se, nihil ulta, sinit.
Sic ambo, veteri pro consuetudine, bella,
Queis renovatur amor, bella iocosa gerunt.
Contigit, ut passer peregrinus visere nostram
Vellet avem; tota pipit et ille die.
Pipilat alter item passer; tum rixa fit, in qua
Consorti feles gaudet adesse suo.
« Quid video? — frendens clamat — vagus ille nothusque
Insultare meae penniger audet avi?
Noster ab ignoto vexetur passere passer!
Dispeream, scelus hoc ni prohibere velim! »
Haec in verba, suis bellatrix uititur armis,
Moxyque peregrinum vindice fauce vorat.
Quem coenata: — « Dapem se prodidit advena gratam» —
Mussat — et haece meditans, coenat et indigenam.
Ars humana feras cogit mitescere; priscus
His tamen usque redit, si datur ansa, furor (2).*

CLII. — VULPES, MUSCAE ET ECHINUS.

*Incola silcarum, senior versutaque vulpes
Venantum telis denique laesa fuit.
Laesa fugit, signaque viam stillante cruento,
Donec humi tandem, viribus orba, cadit.
Irruit in pronam legio parasitica, pennis
Praedita, muscarum nomine nota magis.
Tum collapsa deos incusat, praeda quod hosti
Tradita sit rili, nobile nocta genus.
— « Quid — fremit — haec me cauda iuvat, quae pellere
(Naturae probrum) nesciat aligeros? » turpes
Huic promittit opem vicini ruris echinus,
Hirta pecus, primum nunc memorata mihi.
Qui: — « Vicina, — monet — ne lamentere. Cruentas
Cogam bestiolas morte perire cita.
Has mea turmatim transfiget spinea pellis;
Centenas leto lancea quaque dabit ».
— « Ne facias — orat vulpes —; sed sugere perget
Turba bibax, succo iam saturata meo.*

(1) Cfr. num. sup.

(2) Postremos duos versus interpres addidit, sublata clausula, qua Fontanius ducem Burgundiae alloquebatur.

*Hac si forte racem legione, furentior in me
Irruet atque magis pressa caterva fame.
Exsuccos pariter gens aulica gensque forensis
Reddere nos gaudent, praedia nostra vorans.
Floret apud Gallos stirps haec sientior auri;
Exsatata tamen, iam fit acerba minus.*

CLIII. — VULPES, LUPUS ET EQUUS.

*Vidit, quae formam nondum cognorat equinam,
Vidit equum culpes iunior, arte senex.
— « Huc accurre — lupum cerebri compellat egeni —;
Pascitur his in agris ampla, superba pecus».
Spe lupus exultans: — « Pecudis describe figuram —
Inquit —, et an robur praferat illa meum». —
— « Pingere si possem — sic culpes — picta iuvaret
Te species; vicae eis tamen umbra foret.
Hanc adamus: erit nobis Fortuna secunda,
Prædaque, ni fallor, nos opulenta manet». —
Bini prata petunt; quos torvis bellua pascens
Aspiciens oculis, vertere terga parat.
Cui culpes: — « Ne turberis, rem poscimus aquam;
Dic, ore, nobis nomen, amice, tuum». —
Cautus ad haec sonipes: — « Mihi nomen, cuique legen-
Inscriptis sutor calcibus hisce meis ». [dum]
Ingenue vulpes, se non didicisse fatetur
Grammaticen, tenues utpote naeta lares.
— « At lupus hic — subdit — patre natus dicit, doctos
Assuevit tenero colvere ab ungue libros». —
Blanda lupum mulcet laus, qui festinat equinas
Suras et plantas cominus aspicere.
Ora lupina tamen ferrata calce iubatus
Perfricat, ut dentes undique dissiliant.
— « Heu! lupe frater — ait vulpes — tua vulnera firmant
Quod canus docuit me sapiensque senex.
Hoc et equus documen tibi nunc descripsit in ore;
Scriptis: — « Ab ignotis discere cavere feris ». —*

CLIV. — STULTUS ET SAPIENS.

*Saxis vir stultus sapientem forte petebat.
Obversus sapiens: — « En tibi nummus — ait;
Hoc operae pretium tibi do; sua nempe meretur
(Tritus ut est sermo) praemia quisque labor.
Praeterit ecce (viden?) vir dices; in hunc tua iacta
Munera; munificas experire rices ». —
Lucri spe ductus, fert amens divitis ora;
Nec mora, mercedem (non tamen aera) refert.
Plurimus accurrit servus, stultique dolantur
Pugnis et duris mollia terga flagris.
Huic similes stulto, regis tenet auta ministros,
In tua qui risum damna movere solent.
Num tu fuste malas concre retundere linguas?
Brachia, quae plectant, num tibi longa satis?
His praestat suadere, viros ut dente lassent,
Quos penes est ultrix virga, timenda cuti.*

FINIS

et a te mihi transmissum laetus lubensque
suscepit. Et dixi mecum: Non est inertiae locus;
si quid otii supererit, iste discutiet. Magnus
adest hospes, et magno curandus impendio.
Dormire totis noctibus non sinet. Frustra iacetis
adhue coniunctis oculis. Vigilandum est, lucu-
brandum est. Verum dicam: Nemo ex amicis
illum sine admiratione respexit, euntes una
voce testantibus nunquam se librum tanti cor-
poris vidisse. Quod de me ipso profiteor, rerum
talium non ultimus inquisitor: nec mole litte-

rarium, nec sensuum ubertate maius vidisse
opus. Monstrum est cogitare quantus ille Vir
ingenio, quantus studio fuerit: unde ille fervor
impetusque scribendi sancto Viro; illa rerum
divinarum notitia terrenis diu primum illece-
bris capto: illa demum patientia seni, illud
otium episcopo, illa Romani eloquii facultas
Afro homini, de quo proprie dictum putes quod
ipse de Mareo Varrone dixit, Terentianum se-
cutus: *Vir doctissimus undeque Varro, qui
tam multa legit ut ei scribere vacavisse mi-*

remur; et tam multa scripsit, ut quemquam ea legere posse vix credamus. Sed ut alia omittam eiusdem ingenii monumenta, seu quae multa sunt mihi, seu quibus adhuc careo, seu quae retractum suarum libris idem ipse commemorat, seu quae ibi vel obliterata, vel neglecta, vel nondum scripta praeteriit, ad quae omnia relegendum vita humana vix sufficit, quis eum, si nihil aliud egisset, unum hoc scribere potuisse non stupeat? Nullum unum et unius opus hominis latinis editum litteris huic magnitudini conferendum scio, nisi sit alter eiusdem liber in epistolas Pauli, qui nisi fallit existimatio, frustraturque memoria, prope ad eamdem litterarum congeriem videtur accedere, vel Titi Livii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes suas Decades vocant, non ipse qui scripsit, sed fastidiosa legentium seudit ignavia.

Huie tali amicitiae tuae dono, praeter eam quam dieo magnitudinem, et libri decor, et vetustioris litterae maiestas, et omnis sobrius accedit ornatus, ita ut eum oculos ibi figere coepimus, siticulosae hirundinis in morem nequeam nisi plenos avertere. Ita mihi saepe dies impransus praeterlabitur, nox insomnis. In quo quidem, delectationi meae, quam iam fere unicam ex litterarum lectione perecipio, quantum hac tua liberalitate sit additum non facile vulgus existimet, cui extra corporeos sensus nulla voluptas est; tu vero perfacile.

Neque mirabere libri huius adventum mesitienter atque anxie expectasse. Scis enim ut cupiditati longa brevitas et festinatio tarda est. Consulto tamen actum reor non quidem abste, qui in mittendo multam sollicitudinem habuisti, sed ab alio ut ipsa dilatio desiderio meo esset calcar. Ne autem putas quod, pro munere hoc tuo, gratiarum actioni dies unus modum statuat, non alium fore aio quam legendi vivendique finem. Vale, nostri memor. Mediolani V Idus Maii.

JOSEPHUS CLERICUS.

COLLOQUIA LATINA

Ludus turbinis⁽¹⁾.

CHARINUS — E buxo est meus turbo.

LEPIDUS — Meus e cornu.

FORTUNATUS — Meus etiam cornues est. Aspice, sultis, quam niteat prae nigrore, quam bene fastigiatus excavatusque sit. Nec est grandis nimium, quem laborioso flagello agitari oporteat, nec nimis parvus qui saltet immodeie et facile amittatur.

C. — Vis commutemus?

F. — Qui tibi hoc cogitare libet? Tuus citius teretur quam meus; lignum quippe mollius cornu.

L. — Meum hunc non laudo; iam semetipse laudabit, quem gyros describet currando maximos, et paucis ac levissimis ictibus curret diutissime.

(1) Ex opere IACOBI PONTANI cui titulus *Progymnasmatum latinitatis* (Monachii, MDCX). — Passim retractavit I. F.

C. — Hoc solum est planissimum, proindeque huie lusui mire idoneum. Quod bene vertat contorques meum turbinem pollice et medio digito, ae....

L. — Ego soleo eum circumvolvere ter, quater corrigia flagelli, circumvolutum humi ponere, bacillum impetu attrahere sursum. Tum ille liberatus vineo, quasi in pedes se erigit et strenue cursitat hoc modo.

F. — Ecce meum.... Charine, insta flagello: tuus languet. Agit animam et tuus, Lepide.

L. — Eia!... Ut volitat meus!

F. — Ut amplissimos orbes meus conficit!

C. — En, meus tuum ferit cum sonitu, Fortunatus: propemodum deiecerat.

F. — Feriet non vicissim brevi.

L. — Ah! mei flagelli virgula diffracta est!

C. — Certemus duo nos, Fortunate; spatii plus iam relictum est; turbines contra se mutuo impellamus.

F. — Sit.... Hercle, ut me fatigat meus, et minutis tantum ictibus opus est! Senticam probatissimam habeo, et corrigiam optimam e pelle hircina et bifidam.

C. — Sudore difflo; cessemus.

F. — Nondum ego sudo. Solus maneo; validius agitabo meum. Vide, quaeso: horribiles saltus edit.

C. — Ero aliquandiu spectator tuus.

F. — Quo Lepidus abiit?

C. — Virgulam quaerit ad reparandam senticam.

F. — Qua re iampridem hunc nobilem ludum nunquam exercuimus?

C. — Erit quum hoc etiam explebimus.

F. — Credis, Charine?

C. — Quo pignore contendes?... Sed redit Lepidus.

F. — Ego quoque lassus sum; spectabimus ambo Lepidum.... O Lepidule, tibi cedimus campum istum.

L. — Tam cito defessi?

C. — Deficiente te — deficies enim — nos ludum iterabimus.

L. — Quid eras futurum sit, nescio; haec die vero istud quod vos auguramini non fiet.

F. — Magnos quidem spiritus tibi sumis!....

Quum vero Pontifex an. M DCC XIV Romam restitutus est, « Sanetitas Sua statuit Congregationem instituere ex Cardinalibus et Consultoribus coalescentem... a qua mature examinenter negotia ab Orbe Catholico ad S. Sedem remissa, quae huic Congregationi committentur pro examine et voto; adeo ut Sanctitas Sua dein valeat ea respondere eaque deliberare quae suadentur a rectis et prudentioribus regulis et sunt consentanea cum Pontificia dignitate » (1).

Huic igitur Congregationi, ordinariae ac perpetuae factae, « singulatim negotia extraordinaria directe committuntur a S. Pontifice (2) ut ea pertractet non definitivo iudicio, sed de iis examen instituat et votum proferat, nempe consultivum; siquidem Pontifex sibi reservavit de iisdem, suo nomine respondere et deliberare ». Sed haec Congregatio pertractat nonnulla negotia snapte natura ordinaria, quae scilicet non ei committuntur singulis vicibus, sed spectant ad ordinariam administrationem provinciarum ditionis huius Congregationis subiectarum... (3). Quae etiam negotia pure administrativa seu executiva ipsa non expedit auctoritate sua, sed pro unoquoque casu expostulat auctoritatem R. Pontificis. Unde in rescriptis exprimitur semper rem dirimi et expediri « ex Audientia SSNI ». — Quocirca haec Congregatio neque potestatem habet administrativam seu executivam perfectam, sed mandatum potius consultivum. Nulla ei competit potestas judicialis et legislativa...; exinde est Congregatio « sui generis », et quamvis sit perpetua, tamen est extraordinaria seu delegata, et hinc diserepat ab aliis » (4).

Congregationis huiusmodi praefectura ab ipso S. Pontifice, non quidem a Purpurato Patre agitur; eam tantum moderatur « Cardinalis Secretarius Status », atque ideo apud ipsum convenit, atque in Palatio Vaticano apud « Secretarium Status » residet.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Concilii Tridentinis decreta interpretandis:

Posita Episcopi prohibitione, Regulares quoque recipere hand possunt Missae elemosynam diocesana taxa inferiorem. (Ex decr. d. VIII Maii M DCCCCV).

Ex Congregatione Episcoporum et Regularium:

Monachi Congregationis Helveto-Germanicae Ordinis Cisterciensis communis observantiae simpliciter professi suffragium habent a) in admissione alicuius candidati ad noviciatum; b) in primo et secundo scrutinio pro noviciatu continuando; c) pro admissione ad vota simplicia emittenda post unum annum noviciatus;

(1) Litt. Em. Card. Pacca Secret. Status d. xix mens. Iulii an. M DCC XIV.

(2) Huiusmodi sunt quaestiones « politico-religiosae », seu ad ius publicum ecclesiasticum pertinentes.

(3) Regiones haec sunt praesertim America Latina, dioecesis Russico Imperio subiectae, territoria quae iuri patronatus regis Lusitaniae subsunt in Asia, Africa, etc. — Specialis autem dictio ob civiles rationes creata est, aut uno vel altero gubernio expostulante. Ita civitates Americae Latinæ quum sese ab Hispania domino vindicassent, quae earum negotia expediebat, ad incommode tollenda in animarum documentum vertentia, huic Sacrae Congregationi ordinario iure subiectae sunt.

(4) LEGA, *De Iudiciis ecclesiasticis*, p. II, tit. VIII.

o) in quibuscumque a sterii. — Isdem iuribus moniales simpliciter p activam » (ita ut possit habent in electione Ab d. xx mens. Februario

Ex Congregatione extraordianariis

Missio vulgo Caque Praefecturam Apostolicam norum Capucinorum Apostolicus a S. Cong terique saecordes eius effectu addicti, circa observantia a suo super pendit. (Ex deer. d. xx

Ex Congregatione S gentiarum et Sa

Instructio ad excemos fidelium terras potestates cessibus in causis Mart

Eadem cavenda de te martyrii ex parte Mart

1.º De die, loco, qustantis omnibus huius et etum, vel facta sit odio

2.º De causa occasio eusatione, cuius causa i

3.º An, praeter ch alia aliqua accusatio in

4.º De Martyris an eius dictis et factis sing animus eius qui fuerit,

5.º De diurna vel ubi eam duxerit, de car de animo quo in eis man ibi duxerit, de quotidian

6.º De inquisitione eiis ad quae est deduc fuerint, ubi, quando, cor

7.º De quibus singili responsis singillatim et a

8.º An fuerit unquam subiectus, qua fortitudine detrimentum Ecclesiae verbis quae in quaestione

9.º An unquam fuerit mortem et apostasiam, et q ille despuerit et quibus v

10.º An fuerit sententia scripta vel oretenus, et q statuerit quodque mortis

11.º De adiunctis om diligentissime oportet, qu respiciunt: de itinere, de tyris verbis, vultu, gestis minimis, ut apprime con ultimum in fidei confessio spiritus emissionem.

12.º De sepultura da conditum et quo ritu: de susceptum martyrium: de Martyris exsuvias praebue eustodierint aut quaequierint

13.º De signis caelesti vias vel sepulchrum vel i rint, ex. gr. splendores, huiusmodi, vel de appariti

14.º De gratis aut pr vocato susceptis, aut pre vel reliquiarum patratis

15.º An Martyris corpori in loco sacro, quando, publice vel clam, et qua An sit inscriptio sepulchru

16.º An circa memor fusa populi veneratio, an in praesens vigeat, an

(1) Cfr. num. sup.

M DCCXIV Romam re-
statuit Congrega-
tionalibus et Consulto-
ua mature examinen-
thlico ad S. Sedem
regationi committen-
adeo ut Sanctitas Sua
ere eaque deliberare
et prudentioribus re-
a cum Pontificia di-

ni, ordinariae ac per-
m negotia extraordi-
ur a S. Pontifice (2)
initivo iudicio, sed de
otum proferat, nempe
Pontifex sibi reserva-
e respondere et deli-
egatio pertractat non-
tura ordinaria, quae
atur singulis vicibus,
am administrationem
s Congregationis sub-
am negotia pure ad-
va ipsa non expedit
unoquoque casu ex-
Pontificis. Unde in
per rem dirimi et ex-
mi». — Quocirca haec
tatem habet admini-
a perfectam, sed man-
m. Nulla ei competit
aslativa...; exinde est
», et quamvis sit per-
dinaria seu delegata,
s » (4).

modi prefectura ab
idem a Purpurato Pa-
oderatur « Cardinalis
ue ideo apud ipsum
Vaticano apud « Se-
t.

ONIBUS ROMANIS
MAE SELECTAE.

lli Tridentinis decre-

ne, Regulares quoque re-
eleemosynam diocesana
l. VIII Maii MDCCCV).

oporum et Regula-

elveto-Germanicae Or-
observantiae simpliciter
in admissione alienius
in primo et secundo ser-
vo; c) pro admissione ad
unum annum novitiatus;

et Status d. xix mens. Iulii
s « politico-religiosae „, seu
erinentes.

im America Latina, dioce-
sitoria quae iuri patronatus
Africa, etc. — Specialis au-
ta est, aut uno vel altero
ces Americanae Latinæ quum
assent, quae earum negotia
la in animarum nocumen-
gationi ordinario iure sub-

iticis, p. II, tit. VIII.

d) in quibuscumque abalienationibus ex parte mona-
sterii. — Iisdem iuribus in suis monasteriis gaudent
moniales simpliciter professae; quae etiam « vocem
activam » (ita ut possint eligere, non autem eligi)
habent in electione Abbatissae in dies vitae. (Ex decr.
d. xx mens. Februarii an. MDCCCV).

**Ex Congregatione Negotiis Ecclesiasticis
extraordinariis praeposita:**

Missio vulgo Caquetà in Columbiana regione in
Praefecturam Apostolicam erigitur atque Ordinis Mi-
norum Capuccinorum curis demandatur. Praefectus
Apostolicus a S. Congregatione nominandus erit, cer-
teque sacerdotes eiusdem Ordinis Apostolicae praefec-
ture addicti, circa Regulæ, seu Constitutionem
observantia a suo superiore Generali immediate de-
pendit. (Ex decr. d. xx mens. Dec. an. MDCCCV).

**Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indul-
gentiarum et Sacrarum Reliquiarum:**

Instructio ad excèsos Vicarios Apostolicos per infidelium terras potestatem ordinariam habentes de processibus in causis Martyrum conficiendis (1).

Eadem cavenda de tertio punto idest: *De causa martyrii ex parte Martyris*. Rogentur videlicet:

1.º De die, loco, quibus est captus, de circum-
stantiis omnibus huius captureae, an praecesserit editum,
vel facta sit odio populi.

2.º De causa occasionali qua est captus, de in-
cusatione, cuius causa id forte evenit.

3.º An, praeter christiana fidei professionem,
alia aliqua accusatio incresserit.

4.º De Martyris animo quo capturam tulerit, de eius
dictis et factis singillatim etiam in minimis, ut
animus eius qui fuerit, ernatur quam optime.

5.º De diuturna vel brevi captivitate, de locis
ubi eam duxerit, de carcerebus ubi inclusus fuerit,
de animo quo in eis manserit, de vitae ratione quam
ibi duxerit, de quotidianis eius exercitiis, etc.

6.º De inquisitionibus quas sustulit seu de iudi-
ciis ad quae est deductus: Num unum vel plura
fuerint, ubi, quando, coram quo magistratu.

7.º De quibus singillatim fuerit rogatus, de eius
responsis singillatim et ad unguem.

8.º An fuerit unquam quaestionibus et tormentis
subjicit, qua fortitudine eas tulerit, an aliquid in
detrimento Ecclesiae vel fidelium revelaverit, de
verbis quae in quaestione ediderit.

9.º An unquam fuerit illi optio proposita inter
mortem et apostasiam, et quomodo proposita, an eam
ille despuerit et quibus verbis vel gestis.

10.º An fuerit sententia contra illum edita, an
scripta vel oretenus, et quas mortis causas sententia
statuerit quodque mortis genus.

11.º De adjunctis omnibus postremo inquirere
diligentissime oportet, quae supremum supplicium
respiciunt: de itinere, de loco, de tempore: de Mar-
tyris verbis, vultu, gestis omnibus et singulis vel in
minimis, ut apprime constet utrum constanter ad
ultimum in fidei confessione permanserit usque ad
spiritus emissionem.

12.º De sepultura data cadaveri vel non: ubi
conditum et quo ritu: de opinione fidelium quoad
susceptum martyrium: de veneratione quam erga
Martyris exsuvias praebuerint, vel qua reliquias eius
custodierint aut quaesierint.

13.º De signis caelestibus, quae eius circa exsu-
vias vel sepulchrum vel in ipso martyrio apparue-
rint, ex. gr. splendores, visiones, tenebrae, aliave
huiusmodi, vel de apparitionibus Martyris ad fideles.

14.º De gratiis aut prodigiis eius patrocinio in-
vocato suscepitis, aut precibus, aut imaginis tactu
vel reliquiarum patratris.

15.º An Martyris corpus fuerit alio translatum,
si in loco sacro, quando, quomodo, ubi, quo ritu,
publice vel clam, et qua veneratione, et cuius iussu.
An sit inscriptio sepulchro apposita et qualis.

16.º An circa memoriam Martyris sit neene dif-
fusa populi veneratio, an creverit vel minuta fuerit:
an in praesens vigeat, an sit tantum apud vulgus

(1) Cfr. num. sup.

recepta vel apud honestiores ordines quoque et apud
clerum.

17.º An circa sepulchrum Martyris, vel erga eius
imagines aut reliquias, vel in libris de eo impressis,
vel in templis aut ecclesiis aliquid umquam peractum
fuerit quod publicum ecclesiasticum cultum sapiat et
Urbanianis decretis cultum prohibentibus aduersetur.

Haec et similia, quae pro opportunitate, atque
praesertim *ex testim depositionibus ipsis* de singulis
adiunctis dilucidanda atque illustranda appareant ex
testibus eruere oportet. Non ita tamen ut singuli de
omnibus enarrant, sed ut de singulis adiunctis, etiam
de minimis, praesertim quoad geminam causam marty-
rii, ex testimonio plurium, saltemque duorum, li-
quido constet.

Testes examinabuntur singuli, clausis ianuis, Ante
examen vero, iuramentum praestabunt, tactis Evan-
geliis, si sint christiani, vel tacto pectore si sint
episcopi, vel per suum honorem si sint ethnici. Iu-
ramentum erit de veritate dicenda et de secreto servan-
do in hanc formulam, quam notarius *per extensum*
in rogito referet:

« Ego N. N. tactis hisce sacrosanctis Dei Evan-
geliis coram me positis, iuro et promitto dicere ve-
ritatem super iis omnibus de quibus examinabor in
Causa Beatificationis et Canonizationis Servi Dei N...
necon non iuro et promitto religiose servare secretum,
nec alicui penitus revelare tam contenta in iisdem
interrogatoriis, quam responsiones et deposiciones a
me faciendas super iisdem et super Articulis, nec de
iis loqui cum aliqua persona, exceptis Dominis Iu-
dicibus et Notario Actuario ad causam deputato, sub
poena perjurii et excommunicationis latae sententiae
a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam
Maiori Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo
absolvi possim. Ita promitto et iuro, sie me
Deus adiuvet et haec sancta Eius Evangelia ».

Cui formulae per Notarium descriptae, testis ut
subscrabit oportet: — *N. N. testis iuravi ut supra*,
vel crucis signum apponat, cuius de authenticitate
Notarius ipse statim scripto attestationem subdet.
Quum depositio in una sessione absolvi hand potuerit,
in fine cuiusvis sessionis depositio testis perlegetur,
qui si aliquid emendandum habuerit, emendabit:
deinde testis et Notarius et Iudex subscrivet, liber-
que actorum claudetur et sigillis obsignabitur. In
principio sessionis testis iuramentum brevi
iterabit: in fine depositionis, ea perfecta et emendata,
subsignabunt omnes eodem modo, de quibus omnibus
ex rogitu Notarii constare oportet. Tum inter te-
stimoniū examina, tum iis absolutis, eveniet forte quod
vel testis ipse documentum scriptum aliquod affe-
rendum habeat, vel Iudex illud conquirendum credat,
et perquirere faciat, ut puta: — relations de vita
Martyris publicae vel privatae, aut de eius martyrio,
eius litterae, epistolæ, edicta persequitionis, dia-
riorum publicorum, laciniae, sententiae iudicium etc.
— Haec documenta Iudex lustret diligentissime atque
recognoscet oportet, si sint originalia; si sint exempla-
plata necessere est ut ea cum originalibus conferat
atque de eam authenticitate et integritate senten-
tiam edens, mandet Notario ut ea post sessionem in
rogitu inserat, qui de peracta diligenter recognitione
atque de aliis omnibus diligenter in rogitu ipso re-
ferat.

Auditis testibus omnibus, collectis et insertis in
processu omnibus documentis, quae ad ornatum cau-
sae integrandum in omnibus vel minimis sufficiunt,
vel ipsi Notario, vel alii ad rem electo et iurato,
exemplatio Processus demandabitur. Quia peracta, in
nova sessione, vel in plurimis, collatio inter origi-
nales et exemplatas tabulas habebitur coram Iudice
ab utroque notario, qui tres in fine cuiusvis sessionis
de collationis parte peracta subscriventur. Postremo,
quum expleta res erit, Iudex de concordantia senten-
tiam edet, quam Notarius per extensum in rogitu
referet. Sententiae deinde et Iudex et notarii sub-
scribent.

Expleto processu deligetur Portitor, vir prudens

atque fidelis, ecclesiasticus aut laicus, qui praemisso
iuramento de fideliter obeundo munere, eum deferat
Romam ad Sacram Ritum Congregationem. De eius
electione et iuramento in rogitu oportet constare.

Hae cautelæ omnes et ritus quum adhibiti fuerint,
substantialia ad constituendam validitatem Processus
Ordinarii ita aderunt, ut felici auspicio agi apud
Sacram Ritum Congregationem de Introducenda
Martyrum Causa licet.

ACTA PONTIFICIA

SS. D. N. PII PP. X LITTERAE

ad Praesidem Conventus Catholicorum Ger-
maniae quinquagesimi secundi.

**DILECTO FILIO BURGUBURN DOCTORI, AC PRAESIDI
COETUS CONVENTU LI CATHOLICORUM GERMANIAE
APPARANDO - ARGENTORATUM.**

*Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedi-
ctionem.*

Habiti quotannis coetus Catholicorum Ger-
maniae in eam Nos opinionem adduei quotidie
magis insserunt, congressiones easdem, quo plures
numero ac successione recensentur, eo etiam
digniores et pree se ferre apparatus et edere
fructus. Huius sane solatium rei communes nunc
confirmavere litterae Nobis a te datae atque
a praesidiis ceteris, quum proximo adornando
coetu studeretis: vestrarum enim curarum ea
potissima fuit, aperi ex ordine omnia quae-
cumque erunt disceptanda congressui, sensus-
que declarare simul, quorum ductu convenie-
tis. Neque modica ista est Nobis gaudendi et
gratulandi opportunitas: quid enim quam fo-
ecundam Germanorum alacritatem expetere pos-
simus amplius ad inserendam propagandamque
religionem? — Caussae equidem in disputatione
versabuntur graves salubresque, atque eaedem
ad multiplicem christiana vitæ necessitatem
peridoneae. Nam quibus maxime, pro conditione
temporum, expediatis viis fidei nostræ et Apo-
stolicæ Sedis cultum provehere, proximorum
sententias, catholica praeluente doctrina, hu-
mane ac rite vereri, expeditiones adiuvare sa-
eras, integrati morum prospicere, tenuum for-
tunam sublevare, locupletum alere inopunque
amicam conspirationem, sacri denique civilis-
que principatus concordiae consulere, in hisce,
quemadmodum nunciasti, maxim momenti re-
bus vestra debet se prudentia probare. Quod
autem decretum vobis sit accedere ad disse-
rendum eo animo, ut hinc Nostra Decessoris
que Nostræ Leonis XIII fel. rec. præ oculis do-
cumenta habeatis, inde hortamenta Pauli de-
ducatis ad usum, qui, spiritu actus ac repletus
Dei, *omnia nostra iussit in caritate fieri*, vehe-
mentis haec Nobis origo voluntatis est; com-
pertum namque et exploratum habemus quam
multum emolumenti consueverint qui haec se-
qui lumina et praeepta studeant, e collatis
consiliis percipere. Nec minus oblectat coire
vos in civitatem nobilem, antiquam et piam:
eui gloriae est et Episcopatu Romano Ponti-

ficem dedisse insignem, et caelo Sanctissimam peperisse sobolem, et artibus monumenta illustria suppeditasse. Spem ideo firmam fovemus, auspiciis Praesulis Argentinensis vestraque diligentia prosperam apparando felicemque celebando coetui debere operam impendi. Quoniam vero a summae clementiae Deo, quippe ipse est consilii boni largitor, implorandam censem in primis opem, eius in vos atque in labores vestros devocamus ardentes gratiam, testemque votorum animi Nostri Apostolicam Benedictionem tum vobis praesidibus, tum singulis e conventu sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae die xiv Augusti an. MDCCCCV.

PIUS PP. X.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Sept. — d. xx mens. Oct. MDCCCCV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliquosque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Leo Harmel, eques torquatus, cum Gallicis peregrinis, operariis praesertim, Romanum apud Pontificem ab eo adductis; manus peregrinorum Coloniensium; Aristides Rinaldini, Archiepiscopus Heracleen, Nuntius Apostolicus apud Hispanos; catholici iuvenes, qui ad experimentum faciendum de gymniciis Iudis Romam convenere; Hyacinthus M. Cormier, Ordinis Praedicatorum magister generalis; Dominicus Reuter, minister generalis Ordinis Minorum S. Francisci, vulgo *Conventualium*; exemplus vir Rodericus Figueira y de Torres, novus Hispanorum legatus apud Apostolicam Sedem; Franciscus de Kuefstein comes; Hyacinthus Petroni, rector generalis e Congregatione Pretiosissimi Sanguinis Iesu recens electus, cum consilio Ordinis sui; Angli peregrini ad quadrigentorum numerum ab exemplis episcopis Westmonasteriensis, Salfordiensis, Liverpolitanus ac Trapezuntino coram adducti; Nicolaus Szecsen de Temerin comes, Austrorum Hungarorumque legatus apud Apostolicam Sedem; Augustinus Stanislaus Taylor, Ordinis S. Benedicti abbas; Wolfram De Rottemburg dynasta, Borussorum minister apud Apostolicam Sedem.

Pontificiae electiones.

— R. d. Ignatius Garroni, Romanus, inter antiates dom. Pont. refertur.

— R. d. Laurentius Janssens ex Ordine S. Benedicti a secretis dicitur « Commissionis » bibliis studiis moderandis; ac r. p. Agostinus Molini, O. M. S. Francisci inter indices eiusdem « Commissionis » adsecurit.

— R. p. L. Mergel, Mettensis abbas ex Ordine S. Benedicti, episcopus Eistetten. renunciatur.

ANNALES.

Pacis triumphi.

Foedere composito inter Iaponios et Russos eoque ratum habito ab utriusque populi Cæsare, Russorum Imperator, auxilio Rooseveltii praesidis confisus, novi de pace conventus consilium initit, eni finis praecipuus sit nonnullas quaestiones dirimere de publico navalii iure, quas bellum recens actum genuit. Addimus non

improbabile futurum ut alteri huic conventui, vana aemulatione remota, Romani Pontificis quoque legatus adsit; quum, ut hac de re convenienter, Boulovum, Germanorum cancellarium, ac Tittonium, exterarum rerum in Italia administrum, colloquium recens habuisse dicent. Eventum quidem votis prosequimur.

Societas inter Anglos et Iaponios renovata.

Novum inter Anglos et Iaponios foedus, die XII mens. Augusti sanctum et hisce diebus publici iuris factum, de quo hoc ipso in *Vocis Urbis* fasciculo late disputamus, pactiones renovat, confirmat ac profert an. MDCCCCII factas. Quae enim tune Sinas Coreanumque imperium tantum respiciebant, nunc ad Indianam Asiamque Centralem extenduntur; lex autem qua uteque sociatus populus alteri subveniret quum a plurimum gentium coniuratione aggredetur, hodie, condicionem hanc abrogans, decernit ut, tertia quavis gente bellum movente, Angli Iaponique simul agant. Praeterea quae ad lustrum constituta fuerant, nunc per decennium vim obtinebunt. Foedus aperte Russico gubernio relatum est, cui proculdubio haud nimis acceptum ex intimo animo fieri debuit, quamvis specie gubernium ipsum non demonstraverit.

Balkanicae res.

Dum Turcarum imperator in suo proposito manet peenitentiae rei cognitionem in Macedonia ab exteris legatis constitutam minime ratam habendi, resque ad quietem devolvi minime videntur, in Balkanica regione ex improviso Graeci Rumenique inter se novas dissensiones agitant, vexationum insectationumque invicem accusantes. At Rumeni praesertim clavigeribus utuntur; clausis enim Graecorum scholis ac per vim Graecis sacerdotibus e finibus suis pulsis, ad hoc intendunt, ut commerciorum foedus cum Graecia interrumpant, gravibusque vectigalibus ea quae illine in suam regionem importantur onerent, aemulaeque gentis luera ad nihil sic redigant. Quaestio periculorum plena est; faxitque Deus ut obrectatione tantum, non armis populi illi hae de re in posterum quoque digladiantur!

Hungariae discrimin.

Neque magis nubibus vacuum Hungariae caelum appetit. Iamdiu vidimus id. administratorum collegium constitui non posse, quod cum Imperatore ac simul cum populi legatis concordi animo in rebus gerendis procederet. Compositio hoc mense frustra tentata; post quam Imperator regni tutelam Fejervary dynastae iterum commisit, eius haec propositi summa, ut suffragii ius, puerorum scholae, civilium rerum administratio corrigantur, aliaque caveantur, quibus agricolarum status melior fiat. Super quibus rebus mentem populi novis comitiis interrogabit; populi vero illius, qui ab hodiernis legatis, Fejervario quoque infensissimis, impulsus, novarum rerum cupidus, vix ab evertendarum rerum conatibus abstinet.

Norvegorum regnum a Suetia dirisum.

Id contra, prout notum est, Norvegi tranquille obtinuerunt; iamque nihil aliud iis restat, quam regem inueniant, qui eos gubernet. Duplex enim publicus Suetiorum coetus legibus ferendis, nulla habita disputatione, rogationem legis de Norvegorum regno a Suetico dividendo ratam habuit, rexque, quamquam aegro animo, eam sanxit.

Hora postrema.

Dum hic nostri commentarii numerus prelo committitur, gravissima ex Russia nunciantur. Ad statum enim convertendum operariorum omnium ab opere desertiones adhibitae; inde, quia ex populo turba et confusio, armorum via cohäsio, bellumque civile.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Austria tum de Hungarico discrimine, tum de iure universi, prout nunciantur, suffragii disceptatum aeriter, nullo tamen exitu. Ratio accepti et expensi a Kosei administratio exhibita.

In Belgica rogatio legis de Antwerpiae portu muniendo ad legatorum collegium, qui eam examinent ac deinde referant, commissa.

In Borussia administratio tum commerciorum prohendorum, tum iustitiae regundae, Moeller ac Schönstedt, munere se adicarunt.

In Hispania regis litteris, in quibus legis rogationes de commerciis ac de militiae reformatio nunciatae, coetus sessiones resumptae.

In Hungaria, gubernio Fejervary dynastae iterum ab Imperatore commisso, is sociis addidit Feilitzsch dynastam, qui agriculturae res moderabitur.

I O C I.

Catulus, quum orator quidam malus, qui in epilogi se putabat movisse misericordiam, postquam assedit, rogaret hunc, videretur ne movisse misericordiam: — « Ac magnum quidem — inquit — neminem enim esse puto tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit ». ♫

Trachalus Suellio eidam inter argumentandum dicens: — « Si hoc ita est, is in exsilium » — « Si non est — subiecit — redis ».

Vox Urbis Commentarius

procuratores quaerit, qui apud exteris gentes atque in ipsis Italiae civitatibus magis magisque ipsum Commentarium diffundant; iisque amplam pro laboribus mercedem solvet.

Itaque qui rem sibi sumere posse credant, ubi sint terrarum, ad ARISTIDEM LEONORI equitem, Vox Urbis commentarii possessorem atque administratorem (Romae, Via Alessandrina, 87) scribant, qui sua vice commercium epistolarum cum ipsis inibit, atque de re omnes explicationes suppeditabit. Iuvenes praesertim invitantur, qui latinam linguam callentes inde sedulitatis suae emolumenta percipere cupiant.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

CALABRI
Cillo te
Italis frat
parare stu
nunt, lign
nova heu
bres enim
nas heic i
supellecili
secum asp
gentem ec
eiusvis p
queant!

Meliora
illis contig
improviso
id produc
muro quod
immensa,
lae brevi q
culo terren
vasa omnia
chico liquo

Huiusmodi
nime naeti
bris die qu
ratum vidi
formicarum
tum quidem
vans nihil.

Contra, tu
tum Malme
Africa incol
agrorum, tu
sunt.
Hominum
morbo late
Faxit Deus
samedine, C
ipsis diebus
invenisse d
millibus sa

Alius etia
dem per o

Nu

Ven.

PER ORBEM.

CALABRIS infelicibus, dum lacrimabili illo terrae motus flagello oppressi, Italibus fratribus adiuvantibus, domus reparare student, tentoria pro tempore ponunt, ligneaque tabernacula exstruunt, nova heu! supervenient incommoda: imbræ enim densi praecipitant, alias rui- nas heic illuc adferentes, sata vastantes, supellectiles, ipsaque rustica instrumenta, secum asportantes. Caeli ira in miseram gentem conversa videtur, cui liberales cuiusvis populi animi mederi nullomodo queant!



Meliora proculdubio Olyssipponensibus illis contigerunt, qui suas vias inundatas improviso videre: non enim procellae vi id productum, sed vini diluvio, quod, a muro quodam in Azambusk, vinaria cella immensa, dilapo, est procuratum. Incolæ brevi quidem tempore inopino spectaculo terrentur; metu enim mox ablato, vasa omnia, quotquot domi habent, Bacchico liquore implere festinant.



Huiusmodi fortunam Avenionenses minime nacti sunt, qui xxv mens. Septembri die quum ex improviso aërem obscuratum vidissent, inde non aliter quam formicarum pluviam habuerunt, insolitum quidem spectaculum admirati, at invans nihil.



Contra, tum Philippinarum insularum, tum Malmesburiae regionis in ultima Africa incolae ex aëris motu damna tum agrorum, tum hominum graviter passi sunt.

Hominum quoque vitae e variolarum morbo late messae in Chilensi populo. Faxit Deus ut quam limpham Ritaat Hus-samedine, Constantinopolitanus doctor, his ipsis diebus contra teterimum morbum invenisse dicitur, ea vere tot hominum millibus saluti fiat.



Alius etiam morbus est, qui magnam eadem per orbem procurat; phthisim dico,

quam depellere nullum adhuc remedium valuit. Medicorum igitur novus ad rem conventus Lutetiae Parisiorum est congregatus, ad quem salutaris artis peritis simi viri undique convenerunt. Italorum legatus Guido Baccellius adfuit, qui latina oratione, prout laudabiliter assolet, collegas e tot gentibus alloquutus, omnia protulit ut omnium studia simul in unum hostem collecta optatum exitum tandem aliquando sint assequutura.



Romae non graves quidem ac senes, uti Parisiis, hospites habuimus, sed iuventute florentes, in Christique fide non minus quam viribus fortes: apud nos enim ex omni Italia gymnastæ catholici converunt, qui ludorum experimentum coram ipso Pontifice fecerunt, qui iis, sannam mentem cum corpore sano sociantibus, ex animo est gratulatus; imo sacra eorum ipsis litavit, ciboque fortium sua manu eos roboravit. Horum dierum quos vobiscum fraterna laetitia egimus, recordemini iuvenes, ac numismata quae vestra pectora nunc decorant indesinenter in mentem vestram reducant nunquam satis patriæ fideique esse datum!



Sed iam aerumnae me indefessum viatorem alio revocant; omniane commemorem? Me dies ac latera deficiant; finem itaque incendia hodie ponant. Quorum duo teterimi in Transvaliana regione exarserunt, Buluwaji alterum domus quatuor ad commercia provehenda absument; alterum in urbe S. Ioannis, iuxta Dingsbergiae ferriviae stationem, emporia diuersis, ubi vis, ferriviam illam movens, gignebatur.

In oppido autem Lusitaniae Vignera de Paez dum fabula in theatro agitur, flammæ repente exsurgent. Diffugunt hæ illæ qui adsunt, at in terribili illa perturbatione non pauci sunt, qui aut vitam amittunt, aut corpora vulneribus pessumdata reportant....



LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Dott. COSTANTE FORTIS. Tre mesi di latino nella prima classe ginnasiale. Grammatica - Esercizi - Vocabolari. — Novocomi, ex off. Pliniana, M DCCCC V. (Ven. lib. 1,20).

V. RUGGIERO. Omelie popolari sui temi del Catechismo Romano. Quattro serie, ossia: Il Catechismo Romano, spiegato secondo i Vangeli domenicali, esaurito in quattro anni, secondo la mente del S. Padre Pio X. — Apud auctorem in oppido Maraula (Caserta). (Ven. lib. 5).

Mons. CARMINE PEZZULLO Protonotario Apostolico. Il XXIII Settembre MCMV, XVI° centenario del Levita e Martire di Miseno S. Sosio, Patrono di Frattamaggiore. — Aversae, ex off. Francisci Fabozzi, M DCCCC V.

Doct. AEMILIUS STRAZZERIUS. Festa et tri- stia. Carmen. — Beneventi, ex off. De Martini, M DCCCC V.

FRANCISCO GONZALEZ PRIETO. Descubrimientos Astronómicos durante el eclipse total de sol de 30 de Agosto de 1905. (Gijón, ex off. « La Industria », 1905).

AENIGMATA.

I.

*Masculus, immineo pelago; si foemina campis; Neutrum sum*fructus. Vox inimica Deo est
Quarto sonans pariter; quinto dum voce ciebis
Singula, præ reliquis desiderata, leges.
Sie nomen verbumque simul me habuere Quirites,
Quinque notis tantum nomina quinque ferens.*

II.

Haud parvo conlati *primum* dabit undique pi- [scis;
Alterum, ubi calcas, fac age; *flumen* habes.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

DE HERMOCRATE
SYRACUSANORUM IMPERATORE
EIUSQUE REBUS GESTIS.
LIBRI QUINTA
Auctore Ioanne de Casamichela.

Aenigmata an. VIII, n. VIII proposita his respondent:

1) Tigris; 2) Do - la - re.

Ea rite soluta miserunt:

Petrus Tergestinus. — Seminarium Episcopale Guastallense. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Mich. Vidal, *Patna in insula Maiorica*. — Ric. Müller, *Berolino*. — Renk par, *Davenportu*. — Vine. Starace, *Neopoli*. — Senior Astensis. — F. Arnori, *Mediotano*. — G. Val-las, *Corduba*. — Ric. Brondel, *Brugis*. — Ios. Baldus, *Faventia*. — Iac. Ortiz, *Morelia*.

Sortitus est praemium:

MICHAEL VIDAL,
ad quem missa est I. B. FRANCESIA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus:

SATURIO.

Nuperime apud *Vox Urbis* commentarium prodit opus, cui titulus

⇒ *FABULÆ SELECTÆ FONTANII* ⇐

a IOANNE BAPT. GIRAUD latine redditæ

passim retractatae a FRANCISCO XAV. REUSS.

Ven. libell. I,25, praeter diribitorii impensas, quae sunt in Italia lib. 0,10; extra Italiam lib. 0,25.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congagationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞